



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Quæ sunt aqua naturales. [n.] 19.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

# TITVLVS II.

DE

## BAPTISMO ET

*Confirmationem.*

17.

### CONFERENCE I.

Innocentius Tertius cap. Non ut, de Bapt. & ejus effect. consultus an parvuli essent pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos propter aquæ p. nuriam & absentiam Sacerdotis aliquorum si. n implicitas in caput & pectus, ac inter scapulas pro Baptismo salivæ conspersione linivit. &c. dit illos verum non habere Baptismum ob defectum Verbi & Elementi: quia scil. nec forma aliqua fuit adhibita, nec materia necessaria juxta illud Salvatoris: Nisi quis renatus fuerit ex Aqua, &c. Quæri ergo potest in proposito, quænam Aquæ sufficiant ad valorem Baptismi?

RESOLUTIO I. Omnis & sola Aqua naturalis elementalis fluida est materia sufficiens ac necessaria ad Sacramentum Baptismi. Ita omnes Catholicæ ex illo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto; Ut proinde quæstio solùm sit, quænam censeantur esse Aquæ naturales;

RESOLUTIO secunda: Omnes seqq. Aquæ sunt naturales, & materia sufficiens ad

19.

Ba-

Baptismum secundum omnes , Aqua maris ,  
putei , fontis , lacuum , fluminum , rivulorum :  
item pluvialis , roris , resoluta ex nive , pruina ,  
grandine , glacie : item thermarum , acidulæ ,  
salinæ ; item lixivium percineres fusum , prodia ,  
quibus carnes vel pisces lavantur , dummodo  
de aliena substantia non sit tantum permixtum  
ut spissa aut ad fluendum ineptæ reddantur .  
Omnia enim hæc , sive calida sive frigida sunt ,  
clara aut turbida , vel cujusque coloris existantur ,  
in substantia aquæ naturalis rationem habent ,  
nec propter admixtionem alienarum substanciarum speciem veræ aquæ amittunt .

20.

R E S O L U T I O tertia : Nullus humor  
specie ab aqua distinctus , ut vinum , lac , san-  
guis , pituita , urina ; Item aquæ artificiales &c  
olea ex herbis , radicibus , lignis aut metallis per  
expressionem vel distillationem extracta ; Item  
etiam aquæ naturales , ita tamen alterationi-  
bus mutatae , ut manifestè alterius speciei factæ  
esse censeantur , ut cerevisia bene præparata ,  
saliva : Item in quibus propter admixtionem  
alius humor prævaler , ut vinum parum lym-  
phatum ; Item aqua in spongia vel alio corpore  
raro inclusa , quandiu sic includitur : Item g'as-  
ties , nix , grando priusquam resolvantur , est  
materia insufficiens . Ratio est : quia omnia hæc  
vel aqua vera non sunt , vel aquæ usum præstare  
nequeunt .

R E S O L U T I O quarta : Humores , de  
qui ,